



## Universitätsbibliothek Paderborn

### Praxis Episcopalis

In Qva Episcoporum Non Tantvm, Eorumqve Vicariorum munus; sed  
Parochorum etiam & conscientiarum directorium concernentium casuum  
ac dubiorum indies occurrentium Resolvtiones ... quàm brevissimè  
continentur

**Zerola, Tommaso**

**Coloniae Agrippinae, 1680**

Litterae Quinquennales.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10421**

LITERÆ QUINQUENNALES.

300

*si habitatio, §. 1. ff. de usufr. Vinc. de Anna. singul. 304.*

Ad decimum quintum, vide Covar. lib. 2. cap. 2. var. resolut. per totum.

LITERÆ QUINQUENNALES.

PRIMò, ista litera concessa à Principe non suffragantur, nec extenduntur ad creditores futuros.

Secundò, debitor, cui datum est quinquennium, debet cavere de debitis solvendis, Guid. Pap. *quest. 109. & quest. 97.* ubi dicit, his literis non impediri executionem sententiæ in Delphinatu, sed Covar. *pract. quest. c. 25. num. 7. ver. 13.* dicit impediri executionem etiam trium sententiarum conformium regulariter, *& lib. 2. cap. 1. num. 7. 8. & 9. var. Goin. resol. tract. ut sign. fol. 92 col. 1.* dicit non suffragari pensionario, nec impediri executionem trium sententiarum conformium, licet loquatur in *c. Odoardus.* de solut. sed potest dici idem de istis literis propter identitatem rationis de cessione bonorum. Vide Sylvest. in *ver. restitutio*, 7. §. 6. imò dolosus non est admittendus ad benef. *c. pervenit*, de solut. Caput. dec. 275. p. 1. & ita dicit fuisse iudicatum die 14. Martii, 1552.

Tertiò, debitor cui concessum est quinquennium ad solvendum suis creditoribus, decurso quinquennio, non potest bonis cedere, secundum communem opinionem, & gloss. *l. fin. in fin. C. qui bo. ced. pos. Novel. de iure proximo. §. 6. numero 37. & 38. Afflict. in dec. 378.*

Quartò, ista litera quinquennales, non possunt concedi à Principe ultra quinquennium, utputa, per septennium, & si concederentur, non valerent nec quoad quinquennium, Paul. de Cast. in *l. quoties, in fine. C. de prec. Imperat. offer. Afflict. decis. 107. nu. 3.*

Quintò, ista litera, & quæ moratoriae dicuntur, non comprehendunt causam dotis, Vinc. de Franch. *de c. 219. n. 1. & 2.*

Sextò, creditorum major pars potest affecturare debitorem, concedendo ei moratoriam, & compellere alios ad hoc, *l. si C. qui bon. ced. pos. Nav. cons. 3. de pact.*

Septimò, an ista concurrentia habeat locum in solutione pensionis, & aliorum, vide Anna. *singul. 101.*

Octavò, quando cessio bonorum potest, & debet fieri, & an huic privilegio possit renunciari, vide Covar. *lib. 2. c. 1. var. resol.*

Nonò, is, qui sub spe cessionis bonorum contrahit, non admittitur ad cessionem in bonorum, Addit. ad Dyn. in *ca. peccatum, in ver. venta. de re. iur. lib. 6. facit c. illud, de cler. excom. celebr.*

Decimò, de literis quinquennialibus vide Bul. Clem. VII. *quest. 31. & incipit, Cum ex multorum*, ubi decernit causas cessionis, vel discussionis bonorum aut dilationis quinquennalis, beneficiu impetrantes, infra tres menses causas expedire tenentur, & de *cap. Odoardus*, vide Bul. 33. ejusdem, *que incipit, Cum nuper*, & de moratoriis, & dilationibus non concedendis per quoscunque iudices, vide Paul. III. in *Bul. que est 70. que incipit, Nota sicut.*

LITÆ